



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. I. Quid sit restitutio, & qui tenea[n]tur ad ea[m]?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

Quod tamen timeri posset, si extraordinaria acciperentur, *Laym. Escob. & Less. l. 2. ca. 14. d. 8. num. 48.* Ubi docet quod furtum minima famulorum ex comedilibus, quæ claudi non solent, non coalescant, si non ad vendendum, sed comedendum tantum accipientur.

X. Cum à gravi peccato furtum domesticum non potest excusari, tunc uxor tenetur restituere ex paraphenis, filius ex castrenibus, vel quasi, vel si ea non habet, post mortem patris afferre in divisionem hæreditatis, (si quantitas rei ablata sit valde magna, nec pater restitutionē tacitè vel expressè dimiserit.) Famuli verò, si sine magna difficultate restituere non possint, jubeantur compensare officiis & obsequiis extraordinariis, quantum possunt, *Laym. l. 3. tr. 5. part. 3. c. 2.*

CAPUT. II.

DE RESTITUTIONE.

DVBIVM. I.

Quid sit Restitutio, & qui teneantur ad eam.

R Esp I. Restitutio est actus justitiae ad salutem necessarius, necessitate præcepti, quo reparatur damnum proximo illatum per injuriam, ita ut radix restitutionis non sit quævis læsio proximi, v.g. contra charitatem, &c. in quibus non habet jus quod violetur, sed ea tantum, quæ est contra justitiam, in qua propriè injuria infertur, hoc est,

L 2. lreditur

læditur aliquod jus proximi, quod is habet in te, vel ad rem, in qua damnum patitur. Quod variis modis fieri potest, v.g. furando, defraudando, destruendo, r.m alterius negligenter custodiendo, occidendo, mutilando, detrahendo honorem, convitiando, & similibus.

Resp. II. Ex data response patet; teneri ad restitutionem eos, qui intulerunt injuriam damnosam. Hæc autem est duplex, scilicet materialis, ut v.g. cum quis rem alienam destruit, accipit bona fine, vel retinet, id est probabiliter, judicans id sibi licere, vel esse suam: & formalis, qua quis rem alienam destruit, accipit, vel retinet mala fide, id est, cum sciat, vel scire possit, ac debeat, id sibi non licere, & rem non esse suam, v. Laym. l.3. t.2.c.1. Less lib. 2.c.7. dub. 6. Bon. n.3. q.1.p.6. Unde resolves,

I. Qui injuriam intulit, ex qua alteri nullum est damnum secutum, ut si adulterium commisit, sine damnificatione alterius, non tenetur in conscientia ad restitutionem, cum hæc sit reparatio damni: potest tamen à judice cogi ad satisfaciendum pro injuria.

II. Quisquis intulit injuriam damnosam, etiam materialem tantum, tenetur restituere; sed non nisi id, quod ex alterius re adhuc habet, vel quo ex ea factus est ditior.

III. Qui intulit injuriam formalem, sive rem adhuc habeat, sive non, tenetur restituere, & quidem tantum, quantum est damnum secutum. An vero sufficit culpa venialis, controvertunt Authores, & sententia utraque probabilis videtur,

videtur, ac in praxi tuta, saltem quando non
commodè potest restituere, vid. *Auctores citr.*
& *Lav. lib. 3. tr. 2. Less. l. 2. cap. 7. du. 6. n. 27. C.*
Lugo di 8. sect. 5. n. 56.

DVBIVM II.

*An qui cooperantur ad damnum alterius,
teneantur ad restitutionem?*

Resp. Tenentur omnes illi, qui quōquo modo
sunt causa influens. & efficax damni seuti, ac qui
ex officio, & obligatione justitiae obligati caverere
damnum, non caverunt. Ita communiter Docto-
res. Unde concludunt, teneri ad restitutionem
comprehensos sequentibus verbis:

*Iussio, consilium, consensus palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstante, non mani-
festans.*

Patet ex sequentibus Casibus.

I. Tenetur ad restitutionem mandans, sive
expressè mandet, sive tacitè, dicto nimirum, vel
facto, ex quo v.g. famulus colligat, hero gratum
fore, si faciat; non autem tenetur, qui ratum tan-
tum habet opus suo nomine factum uti nec man-
dans, si ante executionem mandatum retractet.
idque mandatario innotescat: qui tunc non est ve-
ra causa. *Mol. Less. l. 2. c. 13. dub. 3. Fill. t. 32.*
n. 54.

II. Tenetur item consulens, aut precibus ac
promotionibus ad damnificationem inducens.
Quod si tamen ante executionem consilium su-
um retractet, & quantum potest contrarium sua-
deat,